

**Incipit argumentum**

**S**ophonias speculator et arcanorū dei cognitor. audit clamorē a porta piscinū et eulatū a secūda. et stritionem a collib. Indicit q̄z ululatū habitatoribz pile. qz p̄ticuit om̄is pplus chanaan. disperierunt vn̄i uerfi qui inuoluti erant argento.

**Explicit argumentum. Incipit Sophonias propheta. Capitulū I**

## Verbū domi

**D**ni q̄s factū ē ad sophoniam filiū chusi filij goz dolie filij amasiefilij ezechie in diebz iofie filij amon regis iuda. Congregās congregabo oīa a facie fr̄e dicit dñs. cōgregās hoīem et pecus. cōgregās volatilia celi et pisces maris. Et ruine impiorū erūt. et dispdā hoīes a facie fr̄e dicit dñs. Et extendā manū meā sup iudā et sup om̄es habitātes hierlm. et dispdā de loco breliqas baal. et noīa edituorū cū sacerdotibus. et eos q̄ adorāt sup tecta militiam celi. et adorant et iurāt in dño et iurāt in melchon et qui auertunt de post tergum dñi et qui non querierūt dñm. nec inuestigauerūt eū. Silete a facie dñi dei. qz iuxta est dies dñi. Quia p̄parauit dñs hostiam. sanctificauit vocatos suos. Et erit in die hostie dñi visitabo sup p̄ncipes et sup filios regis et sup oēs q̄ induti sunt veste pegrina. Et visitabo super oēm q̄ arrogāter igredit̄ sup limē i die illa. q̄ p̄plent domū dñi dei sui iniq̄tate et dolo. Et erit i die illa dicit dñs vox clamoris a porta piscinū. et ululat̄ a secūda et stritio maḡa a collib. Ululate habitatores pile. Conticuit oīs pplus chanaan disperierūt oēs inuoluti argēto. Et erit in tpe illo scrutabo hierlm in lucernis. et visitabo sup viros defixos in fecibz suis qui dicūt in cordibz suis. Nō faciet bene

dñs et nō faciet male. Et erit fortitudo eorū in direptionē. et domus eorū i desertum. Et edificabunt domos et nō habitabūt et plantabunt vineas et nō bibēt vinū eaz. Juxta est dies dñi magn̄a iuxta est et velox nimis. Vox diei dñi amara tribulabit̄ ibi fortis. Dies ire dies illa. dies tribulatōnis et agustie. Dies calamitatis et miserie. dies tenebrarū et caliginis. dies nebulę et turbis. dies tubę et clangoris sup ciuitates munitas et super aglos excelsos. Et tribulato hoīes et abulabūt vt ceci. qz dño peccauerūt. Et effundet sanguis eorū sicut hum̄. et corpus eorū sicut stercoza. Sed et argentum eorū et aur̄ eorū nō poterit liberare eos. i die ire dñi. In igne celi ei⁹ deorabitur oīs terra. q̄ summationē cū festinatōne faciet cūctis habitantibz fram.

**D**uenite congregamini gēs nō amabilis priusq̄ pariat visio q̄ si puluerē trāscuntes diē. ateq̄ veniat sup vos ira furoris dñi. anteq̄ veniat sup vos ira indignationis domini. Querite dominū om̄es mansueti terre. quia iudiciū eius estis opati. Querite iustum. querite mansuetum. si quomodo abscondamini in die furoris domini. Quia gaza destructa erit. et ascalon in desertū. Acotū in meridie eiciēt et accharon eradicabit̄. Ele qui habitatis funiculū maris. gens perditorū. Verbum domini super vos chanaā terra philistinorum et disperdam te ita vt non sit inhabitator. Et erit funiculus maris requies pastorum. et caule pecorum. Et erit funiculus eius qui remāserit de domo iuda. Ibi pascentur i domibus ascalonis. ad vesperam requiescent. quia visitabit eos dominus deus eorum. et auertet captiuitatem eorū. et diu obprobrium moab et blasphemias filiorum ammon q̄ exprobrauerunt populo meo. et magnificati sunt super terminos eorū. Propterea viuo ego dicit domin⁹ exercitū. de⁹ israel. Quia moab vt sodoma erit. et filij ammon quasi gomorra. siccitas spinarū et acerui salis

# Prologus

et desertum usque in eternum. Reliquae populi mei diripient eos. residui gentis mee possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua qua blasphemauerunt et magnificati sunt super populum domini exercituum. Horribilis dominus super eos. et attenuabit omnes deos terre. Et adorabunt eum viri de loco suo. omnes insule gentium. Sed et vos ethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manum suam super aquilonem et perdet assur. Et ponat speciosam in solitudine in inuitum. et quasi de fertum. Et accubabunt in medio eius greges. omnes bestie gentium. et onocrotalus et hericulus in liminibus eius morabuntur. vox cantantis in fenestra. coruus in sublimitari. quoniam attenuabo robur eius. Haec est ciuitas gloriosa habitans in confidentia. quae dicebat in corde suo. Ego sum. et extra me non est alia amplius. Quomodo facta est in desertum. cubile bestie. Omnis qui transit per eam. sibilabit. et mouebit manum suam.

III

**E**puocatrix et redempta ciuitas colubina. Non audiuit vocem et non suscepit disciplinam. In domino non est confisa. ad deum suum non appropinquauit. Principes eius in medio eius. quasi leones rugientes. Iudices eius lupi vesperi. non relinquunt in mane. propheta eius vesani viri infideles. Sacerdotes eius polluent sanctum. iniuste egerunt contra legem. Dominus iustus in medio eius. non faciet iniquitatem. Mane mane iudicium suum dabit in luce. et non abscondet. Nesciuit autem iniquus consilium. Dispedit gentes et dissipati sunt anguli earum. Desertas feci vias eorum. duz non est qui transeat. Desolate sunt ciuitates eorum. non remanete viro neque villo habitatore. Dixi attamen timebis me si scipies disciplinam. Et non pibit habitaculum eius. propter omnia in quibus visitaui eam. Verumtamen diluculo surgentes corruerunt omnes cogitationes suas. Quapropter expecta me dicit dominus in die resurrectionis mee in futurum. quia iudicium meum ut congreges gentes. et colligas regna. Et effundaz super eos indignationem meam. omnem iram furoris mei. In igne enim caeli mei deuorab-

bitur omnis terra. Quia tunc reddam populo labium electum ut inuocent omnes nomen domini et seruiat ei hieronymo. Ultra flumina et thiope. inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adinventionibus tuis. quibus paricata es in me. Quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbie tue. et non adificies exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem et egenum et sperabunt in nomine domini. Reliquie israel non facient iniquitatem nec loquetur mendacium et non inueniet in ore eorum lingua dolosa. Quoniam ipsi pascunt et accubabunt et non erit qui ex terreat. Lauda filia sion. iubila israel. Letare et exulta in omni corde filia hierusalem. Abstulit dominus iudicium tuum. auertit inimicos tuos. Rex israel dominus in medio tui. non timebis malum ultra. In die illa dicet hierusalem. Nonli timere sion. non dissoluant manus tue. Dominus deus tuus in medio tui fortis. ipse saluabit. Gaudebit super te in leticia. silebit in dilectione tua. et exultabit super te in laude. Nugas quae a lege recesserunt congregabo quia ex te erant ut non ultra habeas super eis obprobrium. Ecce ego in terficiam omnes qui affixerunt te in tempore illo. et saluabo claudicantem. et ea quae eiecta fuerat congregabo. Et ponam eos in laudem et in nomen in omni terra confusionis eorum. in tempore illo quo adducam vos. Dabo enim vos in nomen et in laudem omnibus populis terre. cum fuerit captiuitatem vestram coram oculis vestris dicit dominus.

Explicit sophonias propheta. Incipit prologus in Aggeum prophetam.

**J**eremias propheta ob causam piurij sedechie regis ut historia libri secundi paralipomenon indicat. quae secundum promissam nabuchodonosor regi chaldeorum non seruauerat